

3. Impeccabilis per Providentię curas, que amovit ab illa occasiones omnes integritati ejusdem periculosas. 3. Impeccabilis per interiores afflatus, & lumina gratię, que mentis ejus vivis coloribus pictas exhibebat virtutum omnium imagines, quas non amare non poterat. Impeccabilis per extremum omnium Angelorum præsidium, qui cęlestis destinati erant ad tuendum pretiosum thalamum, ubi Rex Salomone potentior cubitatus erat. O admirabile Sanctuarium! o Sacrum Dei videri Templum! Dominus fuit semper in Te. Gratię naturam prævertit, exordia, decurrit, & finis vitę tue adeo fanda fuerunt, ut tu semper formata fueris, & nunquam labe aliqua fuerit in te. *Solitudinis Virginum.*

Quidquid merę creaturę concedi potest, hoc Deiparę negandum non est. Angeli fuerunt in gratia creati; Adam in iustitia originali; Eva in innocentia: quę igitur veritatis species esse potest, Sanctam Virginem in peccato creatam fuisse, & illam ab Angelis videri fuisse, ita ut primum Conceptionis ejus momentum crimine non careret in illa, illis ab omni labe vacuis, & ipsa Deo electa inimica, illis amicis Dei? Hoc aures nostrę patiuntur, an perhorrescunt? Cogitari ne potest tanta in Dei Matre contumelia? Levissima tantę indignitatis suspicio nonne debitam eidem reverentiam offendit? Quicumque in peccato est, servus est diaboli, ideoque flammis æternis dignissimus. Sed quoniam licet impudentissimus aunderet in Matrem Dei tantam blasphemiam evocare? Quis cogitare? Quid? Sanctam Virginem hanc vel uno temporis momento fuisse mancipium Sathane? Nonne veterari ille omnium faber nequitiarum Salvatori exprobrare potest: Mater tua ad aliquod saltem momentum fuit in mea servitute posita? Non ita; ne perditissimus quidem mortuorum tantum nefas animo potest concepere. Sanctus Andreas Jerofolymitanus ait, Beatam Virginem eminentem Sanctam esse, thesaurum esse omnis Sanctitatis, & invictam habere potestatem adversus peccatum. Sed quomodo invictam? Si in ipsa primi certaminis arena victa fuisset? Quomodo nam diri serpentis caput contrivisset, si serpens ipsam momordisset, ejus mortem intrivisset? Quomodo esset Sanctitatis thesaurus, si defuisset illi Originalis iustitia, & perfecta innocentia? At enim sanctificata fuit post Conceptionem, quomodo narrat de Sancto Joanne Baptista Scriptura, & quomodo Patres nonnulli de Jeremia Propheta testantur. Hujus objectioni respondet, cum sacre paginę rei hujus non meminissent, invictum esse argumentum Marię Conceptionem immaculatam fuisse. Num aliter elui non potuisset tanta labe, quanta est Originalis peccatum, nisi cum verbum Divinum concepti? Sed quid tam absurdum, quam dicere famulos illos sanctificatos fuisse paulo post Conceptionem suam, & ipsam Dei Matrem demonis ancillam fuisse tempore non brevi? *Pater Novus in Meditationibus Tomo 7.*

SUPPLEMENTUM
Ad Titulum
NATIVITATIS SANCTÆ VIRGINIS.

Affinitas, quam contrahet aliquando Maria cum Filio Dei per Sanguinem fluere incipientem per venas illius, privilegium est, quod plurimum Nativitatis ejusdem splendorem commendat; neque consulenda sunt Attra, ut certum in illis futurę dignitatis præfugium quærat. Ipse Dei Filius Astrum est, quod illius præest Nativitati. Cum Caro, & Sanguis Jesu, & Maria eadem que esse debet Caro, & Sanguis, quam cum voluptate videt in venis Matris suę fluere Sanguinem, qui innocens Corpus illius incipit animare? qua curā illum emundat, sanctificat, ejusque purissimas guttas sibi destinat, ut inde sibi incipit corpus effingat? Nonne in honorem Nativitatis Marię dicere possimus, quemadmodum Solis ortus incipit cum ortu aurorę, & Solis ortus incipit cum caule, ex quo proditurus est; Nativitatem Filii Dei cum Marię Nativitate inchoare, quę hodierna die nacturę, mox Mater ejus futura; Dic ergo incomparabilis Virgo, quod de te dixit Sapientia: *me dicitur in populo honorificata. (Ecclesię 14.)* Magnitudinis mercedis jecti in augustissimis Mundi familiis. Nobilissimum ex latere Patrum meorum, nobilissimę quoque ex latere Filii mei Nobilitas mea secundam naturę ordinem fluxit a Majoribus meis ad me, fed secundum ordinem supernaturalem recessit ad me a Filio meo. Quam præclarum est ortum ex longa illustri Avorum serie, qui omnes virtutibus claruerunt! Quam gloriosum est adherere Deo per Carnis, Sanguinisque vincula! Sed aliquid majus est adhærere eidem per vincula gratię, & Caritatis. *Pater Genesius in libro de Solitudine Virginum.*

Maximum Nativitatis Marię privilegium est affinitas, quam anima ejus contraxit cum Deo per gratiam, quę erat plena. Laudamus Virginis hujus Nativitatem, quia illius ortum, qui videre incipit lumen Solis, videbunt aliquando Filium Dei, qui verus est Sol iustitię. Beatam prædicamus, quia aliquando claudet utero illum, quem Cęli capere ne-

Invisibile
matricule
Conceptionis
Marię
Virginis
Sanguinis

Affinitas
quam con-
trahit Ma-
ria per Sa-
nguinem cum
Filio Dei
magnam est
privilegium
quod Nati-
vitas non
solum indat

Titulo quam
anima Ma-
rię contra-
xit cum Deo
per gratiam
magnam
est Nati-
vitas ejus

queunt; quia inter ulnas gestabit illum, qui triplici digito terrę pondus sustinet; quia illius os innocens sexcenta illi figet oscula, & quia Sanguis suus arctissimo vinculo hæret cum Sanguine Filii Dei. Sed non hic est præcipuus lons magnalium ipsius. Judai quippe nonne viderunt Mundi Salvatore? Perfidus discipulus non ne paritiam illi osculum dedit? Sanguis peccatorum, qui sumunt indigne sacrum Altaris Sacramentum, nonne cum Sanguine Filii Dei commisceretur? Quoniam igitur singularis est Marię prærogativa? Hęc est, illam intelligit. Beatus venter, qui Auctorem vitę concepit; beatus cor, quod illum concepit per fidem; sed longe beator Virgo, quę illi corpus efformans illum concepit sinu, eique conjuncta per fidem illum corde concepit. *Pater Genesius, de Solitudine Virginum.*

Hęc eadem affinitas, quam contrahit cum Deo per gratiam, constituit magnitudinem Virginis, quę se fe illi devovit. Non tituli magnifici natalium illustrium, non talenta, quę possidentur, non privilegia communitatis præclarę tum per nobilitatem, cum per virtutem, quę eadem componant, ne spectabilem reddent in oculis Dei. Nam quid profuit impio Joram, miser Achab, infelici Amon, insignis fuisse Reges, primos occupare locos in genealogica serie Jesu, & Marię, Avos, abavosque fuisse Sanctę hujus Virginis, & Majores Filii secundum carnem. *Idem.*

Inter filias Adę Marię sola est, quę ubi in Terris prodiit, Christianis Oratoribus copiosam laudem mellis suppeditat. Magna, quę Omnipotens jam fecit in illa in ipso sue Conceptionis momento, nobis de illius sanctitate, presentibusque illius Magnalibus respondet. Omnia in illa singularia sunt, præter ordinem, & divina. Repetamne magis viros illos, de quibus hodie verba facit Evangelium? Per quot Reges, Patriarchas, Prophetas, Judices, Summos Pontificis originem ducit? Illam video jam benedictam in Abrahę persona, jam subditam cęlestibus imperiis in Isaac, jam sanctificatam in Jacob, jam incolam in terris Ægyptiorum in Aminadab, jam victricem in David, jam luminibus præventam, cęlestibusque donis locupletatam in Salomone. Sed malo in illa morari, in illa inquam, quę Fidelior, quam Abraham, obediens, quam Isaac, Providentię obsequens, quam Jacob, animosior, quam Aminadab, sanctior quam David, sapientior, quam Salomon, me docet, si ab Ecclesia legere justū sumus hoc mane illustrem feriem generationum ad Abraham, ad Joseph cęlestium conjugem, hoc accidisse, quamvis insignem hæserit a tot viris honorem, majorem tamen se illis refudisse, quę accepit claritatem. Sed quid hoc in loco prodigia detego! propter illum felicitum quem propter veteris Testamenti arcam Jordanes, videlicet aquę peccati steterunt, & quin illam attingerent, fontem suum reperiunt; illi etiam magis quam Aïverus ad Epher, dixit Deus, ore sereno, de velle eximere illam a lege fatali, contra peccatores omnes lata in Adam, *Quę est illa?* Quę igitur est ista recens nata puella? Ad quid nostra nos impellit curiositas plerumque, ubi filium videmus recens natum. Ad duo sane, quorum alterum, sciscitari, cuiusam similibi videatur; hoc primum est: quærere in quibusdam oris lineamentis saltam aliquod signum, propter quod dicamus, quoniam de illo spes concepi valeat: hoc alterum est. Ego vero avaro, nec fallor, dignosci posse felicissima lineamenta augustissimę similitudinis, solique beatitudinis in Maria vix in lucem emissa. Et profecto quem ore referat? Deum, qui fecit illam ad imaginem, & similitudinem suam: quid pollicetur? Deum, qui se ipsam ad similitudinem nostram efformabit. Si ita est, in antecessum dicamus illam benedictam esse inter Mulieres, & casti pectoris sui benedictum fructum. Deus formavit eam ad similitudinem suam, & dabit nobis illa Deum, qui oriatur ab ea. *Ex Sermonibus, qui inscripsi sunt, Sanctorum elogio.*

Constat ex omnibus filiis Adam, puellam recens natam, solam esse, quę quantum creatura similis esse potest Deo suo, per simillima lineamenta efformatam fuisse secundum Sanctitatem illius. Clarior loquitur. Deus ab æterno Sanctus est, cumque fieri nequeat, ut Marię ab æterno Sancta sit, singulari gratia permittit Deus, ut Sancta esse ab eo, quopuit esse, momento, quę prima similitudinis linea est. Deus pacificus, atque immutabiliter Sanctus est; malum, & peccati flagellum nunquam accedent ad illum. Sed si Marię non potuit ex natura sua hanc habere prerogativam; Deus fulgore favore avertit ab illa, quidquid perturbatione illius Sanctitatem poterat, atque offere. Hęc secunda est similitudinis linea. Quanta est, Fideles, calamitas nostra, quod facti ad imaginem Dei, tamen venientes in Mundum demonis referamus imaginem? Quæ vero major adeo calamitas, sæpe involuntario peccato addere sexcenta voluntaria, & a plena voluntate nostra profecta? Ex eo enim momento quo incipimus esse juris nostri, ut plurimum rationis nostre usum adeo funestum effecimus, ut quod iustitia, & grati animi titulo deberet nos primo principio nostro conjungere, plurimum conferat ad nos inde amovendos? *Idem.*

Præstium hodie minus Carum nobis largimus est. Sanctus Bernardus ait. Die hac proprie deusa tenebrę quibus Mundus insēpultus erat quatuor annorum millibus, evanescere in-

Non tñali,
nec ea,
quę possit
denota
talenta aut
in Dei ocu-
lis accepto
efficitur
gratię Dei,
& utas il-
lius.

Sanctissima
Virginitas
hęc habet
peculiarit,
quod fati
ubere sup-
peditat co-
piam ad ju-
viam elogi
tendendam.

Fons Ma-
gnalium Na-
tivitatis Ma-
rię est ma-
ximum fu-
tum nobilit-
atis, & di-
gnitatis.

Mundus
tandem ho-
noratur ortu
S. Virginis
expeditate, &
per hoc fa-
cile conce-
pit.

Quem illu-
stris, &
ememoria-
bilis fuerit
ista Nati-
vitas.

Sanctę Vir-
ginis nati-
vitas est ve-
luti Aurora

inceptorum per Nativitatem hęcens Aurorę tandiu expeditate, quę jam pridem objectum fuit votorum Sanctissimorum Patriarcharum, & Prophetarum. Celeberrime omnes Nativitatem Marię Dei, Sanctus Joannes Damascenus exclamavit, per quem genus humanum restitutum est, & quę in lætitiã convertit merorem, quem nobis nostra prima parens Eva pepererat. Sicuti Aurora est hęc noctis, ita hæc natiuitas finis est malorum omnium, & principium fastidissimę consolationis. Quodnam purius, sanctius, uberiusque gaudium illo; quod felix hic dies inspirat Ecclesie per ortum illius, quem Prophetarum oracula nuntiaverant, Sanctus Hieronymus inquit: *Venerabilium Prophetarum: ortum, quod Sanctus Joannes Damascenus appellat Vignis provissionis illius, qui vitam, Sanguinemque pro hominum redemptionem erat effusus. Beati Spiritus illam tamquam orientem Auroram cęstis admirati; & fuit hæc vobis jucunda festivitas. Dei Filium laudibus extulisti. Virtutes omnes, atque dona Cęlestia, quę effundit Deus in alias creaturas, in illa collecta sunt: Anima sine labe, corpus sine macula; anima, & Corpus tot repleta benedictionibus, in quę Sanctus Sanctorum ingredi, & inde jucundam sibi sedem ad novem menses collocare non perhorrescit; Natura, & gratia conspurant, ut illam undequaque formosam efficerent. Quę in fronte vercundia! Quę in ore majestas! quoniam in pectore puritas! Quę in oculis modestia! Quam decora est hæc filia Regis ab extra! Quam plena est gratia, & gloria ab intus! Ex Patre Signeri, & elegit Sanctorum.*

Filia modo nata pollicetur nobis Deum, simul & hominem. Nobis elargitura est Deum in omnibus similem Patri; & hominem similem nobis, & ex quo nobis fratrem facere cupit. Hinc ipsi omnia debemus, & Deo, & illi; Deo quidem, qui nos eo usque dilexit, ut daret nobis Unigenitum suum; illi, quę infra quosdam annos cooperabitur consiliis Dei, ut primum omnium Mytheriorum nostrorum adimpleat. Si enim Sanctus Paulus respicit Patrem Cęlestem tamquam misericordię Deum, a quo omnia, quę recipimus donaproficiuntur, & respicit Jesum Christum tamquam supremum mediatorum omnium, in quo sumus reconciliati: si Apostolus iste se ipsum inuenerit tamquam hominem, cui licet hoc honore indigno, reconciliationis Mytherium creditur fuit, nonne de puella recens nata dicere possemus, Deam potuisse in illa verbum reconciliationis, per illam adimpletas fuisse promissiones ejus, illam duplici titulo puram esse, quatenus Matrem Jesum Christi, qui ab illa natus est, & quatenus Matrem hominum, quos dabit fratres Jesu Christo? *Sanctorum Elogia.*

Nobilitas, & Sanctitas Majorum Marię sunt prima origo Magnalium ejus: si enim Parentum gloria migrat ad filios cum Sanguine, quem illis communicat: 1. quoniam est hujus Virginis gloria originem ducere ex familia, qua nulla unquam spectabilior extiterit? 2. quoniam illius gloria inter Avos suos recensere Patriarchas, Prophetas, Reges, Pontifices, inimiticorum domitores? 3. Quę gloria esse heredem sanguinis quem expiavit Deus in venis tot Sanctorum, quos regnare voluit in throno, tot Regum, quos amplissimi decoravit triumphis, tot Sapientum, ac strenuorum Ducum populi sui? 4. Quę gloria omnem imperii majestatem, cum Sacerdotii Sanctitate consociari, ad commendandam naturalium suorum amplitudinem? O beatum illum diem, qui prodire vidit de domo Jacob Sydus hoc salutare! Benedicta sit in æternum hæc pulchra Aurora, cujus fortunatam natiuitatem quam primum subsequetur divini Solis Nativitas, quę daturā est justis gratiam, & lucem iis, qui sedent in umbra mortis! O Suprema Mundi Regina! subijce cor istud meum tuo duplici imperio; servire tibi regnare est; es quippe Dei Mater, per quem Reges regnant. Propter salutem meam orta es; nam quidquid gratiarum, & virtutum mundus recepit, fructus est natiuitatis Filii, quem non ita multo post es in luce editura. *Ex libro, qui inscribitur, Solitudo Virginum.*

Certabant sacula, quodnam ortu Virginis glorioreretur, teste Sancti Joanne Damasceno. Tandem hoc tempus olim ab æterno in Divinę Sapientię secretis determinatum: fortunatum hoc tempus adeo expectatum, & exoptatum tandiu demum illustri. Beata hæc Virgo in æternis prædestinata fatis, & futura Mater Verbi, per singulare privilegium sine peccato concepta post nonum ab immaculata Conceptione sua mensum, tandem orta est in Nazareth, oppido Galilæe. *Pater Croiset.*

Nulla unquam natiuitas fuit ista commendabilior, & generis nobilitate, & circumstantiis ex Parentum circumstantiis desumptis, & sanctitate, meritisque puellę hujus, quę in lucem prodians solatium attulit Mundo, & Aule Cęlesti admirationem. Facile est intelligere quoniam fuerit Parentum ejus lætitię eo momento, quod Beatissima hæc Virgo lucem adpexit. Supremo lumine illustrati facie cognoverunt, Deum sibi efformate illam & se illam habere loco depositi. Adeo miraculosa natiuitas fuit illis certissimum præjudicium meriti, atque præstantiis Sanctę hujus puellę. O beati parentes, Sanctus Joannes Damascenus exclamavit: *Virginitatem Dei Matrem mundo peperisti.* Beatus venter, Virgo Sancta, qui te portavit, & beatã ubera, quę suxisti. Properent fideles omnes ad salvandam hanc Virginem modo natam, quia antequam

nascetur, jam prædestinata erat, ut Mater esset Dei sui, & ut cum illa Mundus renascetur, atque instauraretur. Venite populi, accedite Gentes quocumque sub Cęlo estis, Sanctus Joannes Damascenus invitavit; venite jucundum ætatis, & conditionis estis, celebraturi ortum hujus Virginis, cum qua, ut ita dicam, salus ortus nostra: *Hodie mundi Salus inchoavit: jubilata Deo omni terra; cantato, & exultate, & psallite. (Psalm. 65.)* Fuit ne unquam æquus lætitię argumentum! quo die magis lætitiã nostram quodere oportet? Quandoquidem cum Sancto Ildephonso dicere possumus in Beatissimę Virginis Nativitate quodammodo Sanctam Jesu Christi Nativitatem incepisse. *In Nativitate Sanctę Marię Christi est inchoata Nativitas. (Serm. 3. de Nativitate.)* Deus hæcenus respectat terram tamquam regionem lacrimarum in peccatorum habitaculum positam. Sed ex eo momento quo Maria vita est in Mundo, Deus illic objectum invenit, in quo nimis sibi complacuit, ut semper adeo irritatus videri veller. *Pater Croiset.*

Cruis figurę ingenis, omnes Eloquentiæ artes, & secreta exhauriuntur, ut Regum natalitiis diebus magnifica exornentur Elogia. Sed quid de puero adhuc rubenti ab utero dicendum est? Illius nobilitatem extollere, hoc est avorum laudes celebrare. Nullum magis vacuum laude argumentum, quam infans primis potissimum diebus, quibus prodiit in lucem: in posterum vero, quidquid certius praverit potest, hoc pluribus obnoxium esse potest miseris. Lateturum bonus futurus sit, an nequam, ingenio præstant, an vecors; verbo nil fecit adhuc, & latet quid fit facturus, De Maria cave id sentias. Quamvis fit recens ab utero, liquet, illam jam plurimum præstitisse, & ignorare non possumus, quid sit in posterum præstitura. Maria prodiit in lucem meritum cumulatam, & scimus illam quam primum felicitate, atque benedictionibus esse cumulaturam. *Idem.*

Dubium non est pulcherrimam animam, quę creata fuerit unquam, antequam Jesu Christi anima crearetur, illam Sanctę Virginis extitisse; & dicere possumus inter universi Creatoris opera, opus hoc fuisse præstantissimum. *Opus, quod solus ipse supergreditur.* Beatus Petrus Damiani inquit: *quod puris pulcritudo par erat speciei animę hujus formosissima.* Scimus primo illo temporis articulo, quæ hæc anima adeo pura conjuncta fuit corpori, illam quidem Sanctificatam fuisse, hoc autem incepisse commodare organa sua, ut omnibus rationalis vitę muneribus fungeretur. Maria sine peccato concepta primo illo momento vite suę cum gratia Sanctificante perfectum rationis usum percepisse: ex quo Spiritus ejus illustratus fuit omnibus sapientię luminibus, omnibusque moralibus, ac naturalibus cognitionibus locupletatus. Sed quæ fuit mensura gratię hujus, quam recepit? & quodnam primum rationis ita illustratæ munus? Gratiã hæc tanta fuit, ut superaverit gratiam Sanctorum omnium, omniumque beatorum Spirituum: *Virgo sanctificata fuit in utero super omnes Sanctos, & omnes Angelos.* Ex primo illo momento, quo Sancti omnes fuerunt objectum horrois in oculis Dei; Maria fuit admiratio beatorum mentium, & dilecta Deo. *Idem.*

En quoniam fuerit Sancta Virgo a primo sue Conceptionis articulo. Cum hic thesaurus gratiarum, luminum, sapientię & virtutum in singula momenta evelerit multiplex, intelligamus si fieri potest, quoniam fuit cumulus meritorum, quibus aucta reperta est suę Nativitatis die. Quod argumentum nostrę admirationis, obsequio, elogio dignissimę addamus etiam & cultu Ecclesię totius, quam hæc Sanctę puellę Nativitas! Mirum igitur non est si post annos quindecim Angelus invenit, & salutavit eam gratia plenam, & si Sancti Patres loquentes de gratia, qua Maria inventa fuit plena post septuaginta & duos vite sue annos emphaticis usi fuisse verbis videntur. Jure Sanctus Epiphanius dixit, gratiam hæc immensam fuisse, Sanctus Augustinus ineffabilem, Dionysius Carthusianus infinitam, Sanctus Joannes Chrysofomus Mariam omnis gratię thesaurum appellat; Sanctus Hieronymus docet, gratiam omnem in illius suam effusam fuisse, & Sanctus Bernardus Senensis audeat asserere, *tantam gratiam Virginis Adam esse, quanta uni, & per tota creatura dari possibile est.* *Pater Croiset.*

Profecto si populi tantam conseruerunt præter se ferre lætitiã, cum Regi suo filii nascuntur, quia nascitur sibi Reges, & Domini; mirum non est, si Marię Nativitas gaudium attulerit Cęlo, ac terrę, quemadmodum canit Ecclesia; quia illa futura est Angelorum, hominumque Regina: unica Spes nostra post J. C., inquit Sanctus Epiphanius: *Causa nostra apud Deum, Sanctus Augustinus ait; nostra apud Mediatorem mediatricem, Sanctus Bernardus ait: Omnium malorum nostrorum medicina, dicit Sanctus Bonaventura; Pax nostra, gaudium, bona Mater nostra, Sanctus Ephrem inquit. Denique gloria nostra, consolatio nostra vita nostra, ut canit Ecclesia. Pater Croiset.*

Procedit quidem Maria ex Patriarcharum, Regumque progenie: sed quod illam præ ceteris commendat coram Deo, non est fulgor dignitatum avitarum, neque magnitudo, potentia, vel insignes corum actiones, Sanctitas sola, quę Conceptionis ejus felicitatem constituit, efficit etiam felicitatem, & gloriam Nativitatis ipsius. Orietur illa non quidem ut Mundi

Sanctę Vir-
ginis Nati-
vitas multa
peperit bo-
na.

Eximium
est Creato-
ris opus.

Quotum
fuerit Ma-
rię Sancti-
tatis gra-
tias, quas
recipit a
Deo.

Sanctę Vir-
ginis Nati-
vitas Cę-
lestem terram
quę gaudium
replebit.

Nobilitas
generis, &
Sanctitas
Beate Vir-
ginis.

Principes in Majestate, non ut Reges terra: inter pompas & fastus seculi, sed sine hac mundi pompa, sine hoc mundi fulgore. Nativitas eius etiam obscura videatur, tamen natalibus Principum, Regumque preferenda est. Nemo eorum est, qui non sit in odio Dei, & ira filius; sed Maria in ipso ortu suo objectum est, in quo sibi complacet Deus. Altissimo dilecta est, uberrimis benedictionibus ejus cumulata, omnibusque Spiritus sancti donis locupletata. Hoc verum illius magnitudinem constituit; ita Rex gloriae illam exornat, quam vult honorare. Idem.

Apostrophe ad Sanctissimam Virginem.

Maria nascitur Mater futura.

Gaudium & devotio, quae nobis esse debet, propter Virginitatem.

Nativitas sanctae Virginis debet in nobis consistere in amore, devotione.

Sanctissima Virginitas naturae Meditationis argumentum est, quod summa nobis adfert consolationem, & plures nobis suppeditat saluberrimas animadversiones. Nihil magis nostram excitat confidentiam, amorem, devotionem, reverentiam erga Dei Matrem, quam gloriae hujus Nativitatis praerogative. Si enim Mariam in ipsa consideremus, in incubabili ejus in electione, gratis, virtutibus, sanctitate, meritis, gloria, privilegiis, omnia sunt ipsi etiam Angelis admirationis argumentum; quem effectum in animo, & corde hominum producere debent hujusmodi considerationes! Si illam insperemus secundum eam quam cum nobis habet relationem; ipsa Regina est nostra, Advocata, Condessemptrix, pia Mater, & Spes nostra, ut tantis Ecclesia; nostra cautio est apud Deum, ut loquitur Sanctus Augustinus; malorum omnium medicina, ut praedicat Sanctus Bonaventura; pax, gaudium, consolatio nostra, ut cum Sancto Ephrem loqua-

mur: denique gloria nostra est, corona, & vita nostra, quibus nominibus ab eadem Ecclesia appellatur. En quam sit beata puella, quam hodierna die veneramus in incubulis; hi sunt tituli, praerogative qualitates Matris natiensis. Sed nonne simul est Mater Dei? Est profecto in decretis aeternis, & in conceptu Dei, cui per omnem aeternitatem sunt omnia praesentia. Illa concepta fuit sine labe, nata est proflus Sancta, ut sit Dei Mater, & quamvis Princeps, qui nascitur, nondum filius Rex, factus est illum Regem futurum esse, ut honorari mereatur. Quam ergo esse debent sensus nostri erga potentem, amabilem Matrem Dei, quae ut ita dicam nobis est omnia, cui nos omnium verum locum tenere videmur? Ex omnibus diebus, ex quibus Principum vita constat, solus Natalis dies quotannis dies est letitiae, officii, festivitatis; ad non semper quae justum est gaudii argumentum. Usus hic ostendit amorem, & reverentiam, quae Principem colimus die anniversariae suae natiuitatis. Letitia nostra erga Mariam ortam, veneratio, & cultus noster aequiores sunt, & obsequia nostra melius sunt instituta. Pater Croiset.

Nascitur Maria Dei Mater futura, ideoque futura etiam hominum Mater, universorum Domina, spes, refugium, & consolatio nostra. In lucem prodiit mentis cautulata, & certo certius seminus hanc mundum dilectata, & benedictionibus esse cumulaturam. Fidelis potest non impigre illi sua obsequia, summeque cultum praestare, hinc Domine, ex eo momento, quo lucem incipit intueri? Numquid nobis expectandum est, dum ad Crucis pedes animam perferat, aut triumphans in gloria ascendat? Caelestis Spiritus non desuere, quotiens sua illi praestaret obsequia, statim ac illa prodiit in lucem, illam ex eo tempore venerat tamquam omnium beatitudo nostra, quae vota, quae affectio die Natiuitatis ipsius? & si Mundi Optimates quotannis recolant natalitium diem, tamquam diem suae festivitatis; si nullam derideant gratiam, si hanc diem esse, quae suam libertatem obtinent; putamus ne Mariam nobiscum minus gratulam, ac liberalem futuram? Non ita, Sanctissima Virgo, non ita cogitamus, & esse fore sensus indignos auguita dignitate tua, si de tua in nos largiente hujus festivitatis die dubitaremus. Ego vero decrevi, nihil hodierna die praetermittere, ut me gratia tua non praebam indignum. Idem.

Sancta Virgo ortum adfert omnia felicitatis, & beneficiorum genera.

Quid illi haec celebrat Ecclesia?

Si sanctam Virginem imitari non possumus in puritate, imitemur illam in castitate, in castitate, in castitate.

SUPPLEMENTUM Ad Titulum Praesentationis Sanctissimae Virginis Mariae.

Hodierna die celebrat Ecclesia festum Praesentationis Beatae Mariae Virginis in Templo; videlicet publicae, sollemnitate oblationis, quam fecit Deo cordis sui, mentis, corporis, omniumque facultatum animae suae modo, qui omnium exitus perfectissimus, & gloriosissimus Deo. Hoc maximum est sacrificium, quod a mundi primordio ad illud usque tempus factum fuerit. Nunquam mera Creatura fuit haec Sanctior, & perfectior, ab ipso primo vitae suae momento sanctificata, & quae sola ipso Nativitatis suae die ampliore possideret Sanctitatem, quam simul omnes Sancti in obitu sui hora, ut Patres inquitunt. Maria tertiam agens annum, sese offert, sed evoret, se consecrat Creatori suo in Templo Jerusalem. Ullane fuit unquam pretiosior oblatio? Vidit ne unquam in Templo suo Deus victimam sibi carniorem? Quot Caelestis Spiritus adstiterunt huic Religionis actui, qui in tantam cedebat Dei gloriam? Huic caeremoniae, quae excivit totius Caelestis Jerusalem admirationem? Calum universam fastidit illo die letatam esse. Poverat Ecclesia non celebrare hoc ipso die sollemnitatem, & tanta festivitatis memoriam? Hac res tot impulit Sanctos Patres, ut Praesentationem Sanctae Virginis in Jerusolymitano Templo respicerent tamquam primum Religionis actum, qui Deo esset acceptissimus, & hujus diei festivitatem tamquam omnium, ut ita dicam, festivitatum praesidium. Pater Croiset.

Duplex erat apud Judaeos Praesentationis genus. Alterum jubebatur in lege, quae cautum erat, ut mulier, quae masculinum coevis fuerit, illum in Templo praesentaret post dies quadraginta; quae vero feminam peperisset, post dies octoginta. Ritus hic proprie filii quidem praesentatio dicebatur, ut parentis habita ratione vocabatur purificatio. Alterum vero praesentationis genus ad eos pertinebat, qui vel voto aliquo abstinerant. Etiam ab ipso Moysae legis principio haec inoleverat religiosa consuetudo apud Hebraeos devotum vel se ipsos, vel filios suos Deo; sine irrevocabili modo, & in aeternum, vel sibi reservata facultate illos redimendi muneribus Domino oblati, vel sacrificiis. Ideo circum Jerusolymitanum Templum edificata erant conclavia, alia quidem pro masculis, alia pro feminis destinata, alia pro pueris, pro puellis alia, ubi votum vel a se, vel a parentibus suis nuncupatum exolverent. Horum annus erat, Sacris interservire ministris, & ope-

Duplex modus praesentationis in Templo apud Judaeos.

Votum fecit habere ipsorum, quod non ex aliquo vel precepto, vel consilio potuit diducit.

operam suam in Templi ornatu locare singulis secundum aetatem, statum, & captum. Ita Sancta Anna, & Sanctus Joachin secundum vetustissimum eamque maxime, venerandam Traditionem, cum proveciori essent aetate, ac minime pares filiis gignendis, se voto obstrinxerunt Deo, futurum ut si dignaretur ipsis sobolem elargiri, & excurrere notam sterilitatis, quae tunc quidem erat turpissima, ipsi Templo, quod natum esse, devoverent. Deus quippe qui cupiebat, ut nihil miraculo vacuum esset in illa, quam ab aeterno destinaverat Matrem Dei, illos damnavit voti, eisque largitus est Beatum Virginem, quae erat Aurora illa tandiu exoptata, & quo nobis erat paritura solem iustitiae, ut nos educeret de tenebris peccati, in quas universum humanum genus caruerat. Ex quo ablata fuit, & cum tertium aetatis annum ageret, Parentes, ut votum exsolverent, duxerunt illam in Templum. Nonnulli Sancti Patres testantur Praesentationis Sanctae Virginis in Templo Jerusalem caeremoniam non ritu vulgari peractam fuisse. Non omnem dumtaxat illius Cognationem illuc eam comitari voluisse, veram etiam secreta Cognatione afflata, cujus ignorabat Mysterium, omnes qui in Jerusalem aliqua dignitate eminebant, voluisse augere huic interitus celebratam, cum interim in Calo Angeli invisibiles concubitus suavitissimis Festivitatem hanc praesebatur. Oblatio haec proculdubio conjuncta fuit cum Sacrificio, non secus ac illa Samuelis; sed illud quod incomparabilis haec puella oblatio Deo sui ipsius, & suarum rerum omnium longe acceptissimum Deo fuit, ac pretiosissimum. Aliae Virgines, quae tenella aetate praesentabantur, nondum rationis usum habentes nesciebant quid facerent, sed haec, quae ob peculiari privilegio ab ipso Consecrationis suae tempore praematurae rationis usum donata fuerat, & per Spiritum sanctum edocta, agnoscebat Sanctae hujus caeremoniae momentum, & quam praeferat curam, ut eandem divinae Majestati redderet acceptam? Idem.

Quamvis hoc festum peculiariter fit festum Virginum; tamen in aliquo sensu est etiam omnium Fidelium. Si enim non possunt omnes Sanctae hujus Puellae Virginitatem imitari, possunt, & debent imitari ejus humilitatem, caritatem, virtuteque alias, quae totam statum ejusdem felicitatem, & gloriam componunt. Non omnes consecrare Deo possunt Corpus suum per Virginitatem, ut illa, sed omnes tenentur ad hujus exemplum illi consecrare cor suum per caritatem. Tenentur omnes evitare mundum concupiscentiam; sese sanctificare per executionem, & praxim virtutum, quae unicuique conveniunt secundum statum singulorum, ac praesto esse, ut Dei parentem consilii, seu hanc generatam ad Ecclesiam, seu peculiariter ad aliquem eorum pertineat. Et licet Deus in mystico Filii sui Corpore cujus membra sumus, ad nullum nos peculiare munus destinaret, semper habemus magnum nostrae Salutis opus, ad quam destinati sumus, & ad quam nosmet preparare debemus, & huc toto vitae nostrae spatio vocare. *Tourneux in anno Christi 1690 Tomo 12.*

Sancta Virgo, quae diluculo Domini jugum subisti, & adeo frequenter temet obtulisti Deo, tamquam mundam oblationem, & in oculis Dei beneplacitam: supple per intercessionem tuam, si quid desit oblationi, quam tibi sacrificii nostri, ac praesentia nos J. C. Filio tuo, qui non rejicit, quod quid a tali parente sibi fuerit praesentatum. Si oculi ejus quidem immundum in hac oblatione detexerint, illius cruore ablatur, & gratia sua, quae te destinavit, ac preparavit Matrem futuram Dei Repromissio hominum, me quoque praeparat ad colligendas per vitae Sanctimoniam fructus Redemptionis nostrae. Idem.

Propter haec adolescentula credebatur, virtutes illius vitae quidem rationem, non tamen objectum mutabant. Lucebant magis, neque minore habebant puritatem. In externis occupationibus, & caritatis officiis, non cessabat conjugium cum Deo; utens sensibus suis ad necessitatem, & nunquam ad voluptatem. Dicere possumus illam mundi objectis circumdantem fuisse, quia periculosa inde impressione aliqua afficeretur. Anima illius ab omni tumultu, & nubibus, quas cupiditates gignere solent, vacua in silentio audiebat vocem Creatoris sui, & purum veritatis lumen recipiebat. Vivebat ac semper sub oculis Majestatis Supremae conversabat. Ipse etiam somnus illius, Sancto Ambrosio teste, species quadam erat quietis sacrae, quae, non interpellabat suam applicationem ad Deum; & creata, quae illi minimam mentis evagationem afferrent, opem illi forebant, ut expugniciter, eo modo quo effectus, & Imagines hujus apte natura efficiant, ut qui illos considerant, ad eorum causam, aequo prototypum ascendant. *Ex secundo Sermoni Academicis anno 1687.*

per votum, cujus nullum extabat exemplum, sibi facerem, ac minime temerandam irrogat legem. Verum votum dicit, cujus nullum extabat exemplum: Blanda spes, quam omnes Israelitice puellae lovebant pariendi Melliam nomine apud illas Virginitatem in opprobrium vertebat, & maledictum? Maria una inter filias Sion cogitare non ausa fore ut in die Dei electio caderet, alioquin sese attollens super inanem fallacemque hominum estimationem, puritatem suam incolorem servatura, nuntium mittit tante hinc gloriae, quae se indignam putat, atque contemnit dedecus populare, quod se ipsa credit indignum. *Sermo quartus Academiae Anno 1681.*

In secreta, absconditaque vitae caligine, quam Sancta Virgo ducebat in Templo, quot Sanctae actiones, quot exempli eruditioni nostrae ejusdem subduxit humilitas? Quot pie exercitationes, officia, opera bona, consilia servata conspuita jacuere in Sancto illo recessu, ubi sese continebat? Sed conemur saltem quasi per caliginem, per velum, quod illius modestia retextit, virtutes ejus perspicere, & non vereamur dicere, si humilitas perfecta novit virtutes omnes abscondere, omnes virtutes adfuisse ibi, ubi perfecta humilitas inveniebatur. Tamen relinquenda est in obscura nocte, ubi virtutes absconditae oculos nostros fefellerunt, caritas ardens, quae illas animabat, & quae efficiebat, ut ad Deum tamquam extremum unicuique finem referrentur. Cum illa per caritatis hujus conatus conjuncta, atquequam sensibili pacto eidem per Incarnationem suam conjungeretur, concepit Verbum in corde, atquequam etiam illud jungi conciperet. *Et postea.*

Traditio est aequae vetus, ac Ecclesiae, Sanctorumque Patrum auctoritate probata, Mariam tertio aetatis annum a gentem Domino oblatam fuisse in Templo Jerusolymitano, & seculum internum gratiae motum sese Deo consecrasset per sollemnem votum perpetuae Virginitatis. In hujus Virginitatis Sacrificio nihil non magnum est; & singula ejusdem pretium commendant: 1. Deus ille est, cui hoc Sacrificium offertur; 2. Maria victima est, & Sacerdos, quae semet ipsam sacrificans offert Deo id, quod tunc in mundo nihil erat majus, aut pretiosius. 3. Hoc uno facto offert Aeterno Patri sancto, Dei Filio Martem, Sponsam Spiritui sancto, Regnum Angelis, peccatoribus Advocatam, omnibus hominibus Mediatricem. Quod Sacrificium! quae victima! quae Sacerdos! Quam digna te, Deus, haec est oblatio! Post orbem conditum vifum ne fuit tale donum, tanta victima? Quam Maris gloria fuit Virgines numero infinitas docuisse modum sese supra seculum sui imbecillitatem attollens, imitandi puritatem Angelorum, qui meri fuit Spiritus, & superandi virtutum eorum servantes in suis ad extremum fragilibus thesaurum adeo pretiosum! Quodnam inde mirum opprobrium, Deus, nisi similibus fuero egregio hinc exemplari, secundum quod me ipsum componere teneat? *Solido Virginitatis.*

Consideremus quae Fide Maria servaverit toto vitae suae tempore id, quod tres annos nata promiserat. 1. Constantis amor, quo Creatorem suum diligebat, 2. Vera, & solida voluptas, qua ab illo pendebat. 3. ardens desiderium eidem inservire di fuerunt vana, quibus cor Virginis cum Dei corde conjunxerunt. Augulum Jerusolymitanum Templum, Arde Sacra ad quarum pedes pedes vita fuit haec Virginitas pura, innocuaque manas in Gelum attollere, & effundere cor suum coram Deo viventi, testes fuisse Sacrificii, quod illa fuisse ipsam fecit primo Praesentationis suae die; sed quomodo illud cum instauravit? Quot virtutes hominum cogitationi subtraxit, illas exercens in solitudine, atque silentio? Quo servavit, ac perseverantia Domino, Deoque suo ancillata est? Quam Beata es, Virgo Sanctissima, cui cum Canticoium Spontia dicitur licet; ego semper dilecto meo servavi fidem, illi servavi poema Nova, & vetera. O quam praclarum est consecrare Deo primitias puritatis ab infantia! Quam gloriosum est illius florem servasse usque ad mortem! *Solido Virginitatis.*

Virginitas Deo sacrarum domus fatis Templum inter, & Exterior foelicitas, quae Mariae ferunt, & implevit quod illa Domino impopondat in Templo. Altare Sanctissimae Virginis nondum facta erat Sancta & solitaria. 2. Summus Sacerdos, quem plures fuisse redunt Zachariam Sancti Joannis Baptiste patrem secreto Dei afflatu posuit illam non in Sanctuario, quemadmodum scripsit Sanctus Gerannus, sed in loco, qui propior erat illi, quam ubi Virgines aliae habitabant. 3. Ibi undecim vixit annos tamquam res Sacra, mundi oculis abscondita; oculi enim profani fati mundi non erant, ut Sanctam hanc Virginem intuerentur. 4. In Augustissimo hoc Templo a creatis rebus seposita, corde, animoque conjuncta, omnia illi consecrans vitae suae momenta, seque perficiens exercitatione purissimi amoris, omniumque virtutum ipsa quoque facta est Templum vivens, dignum Deo, quam Salomonium. Quam tua erat puritas hujus illi Caestis, & castissimi hujus puellae in Sancta hoc solitudine! quid efficere potuisset flori, & pulcritudini in haec beata sede? ubi nonnisi purissimum reciperebat aeternum, ubi nullam habebat conversationem, quam cum Angelis, ubi Calum semper patens stillabat in ea rorem, quo Virginitas puritas alitur, ubi oblectabatur Deus loqui ad cor adolescentulae hujus solitariae? Si Maria super quam Spiritus Dei vigilabat tamquam Sponsam, & quam Angeli tamquam Dei sui Matrem verebantur, a mundo fecerit integritati sua consulari; Virgo, quae non utetur sapienti haec praerogatio-

Actus Virginitatis quos in Templo, sunt Mystica Deo uni perfecta.

Patrum sententia est; Mariae Virginitatis vocem praesentia Sacrificii quod Deo fecit in Templo.

Constantis Felicitas, quae Mariae ferunt, & implevit quod illa Domino impopondat in Templo.

Exterior foelicitas, quae Mariae ferunt, & implevit quod illa Domino impopondat in Templo.